

lacte materno pessum data fuerit: an vero  
& forma hujus mixti de subjecto suo in aliud,  
& ex hoc rursus in aliud, translata, &  
multas mutationes passa, salva & integra  
permanferit, atque ita ex corpore humores  
pravos excluderit? Fortè hinc fit: quod  
quidam Misochymicorum à caseo & buty-  
to abhorrent: non naturali quadam ~~virtutis~~  
~~παθεία~~, sed quod ob concentum lactis de-  
structum, formam ejus & temperiem aboli-  
tam verentur, hæcque; propterea alendo cor-  
pori esse inidonea arbitrantur.

*Chymica  
remedia  
non sunt  
emortua  
cadavera.*

Deinde cum chymica remedia mortua  
cadavera nuncupant: humidoque primoge-  
nio spoliata esse contendunt: partim sibi ipsi  
contraria; partim veritati non consentanea  
loquuntur. Si enim sceleta sunt: cur alibi ea  
potentius agere, quam humanæ temperiei  
mediocritas permittat, asserunt? Deinde  
nonne necesse est: ut tam animalia, quam  
vegetabilia, vitâ illâ, quam sibi vivunt, hoc est,  
nutriuntur, crescunt, & augescunt, priven-  
tum: quô esni & usui hominibus esse possint?  
Nec enim ipsi Scythæ tam barbari sunt: ut,  
licet carnibus vel crudis, vel cursu equorum  
concitatori, sub ephippiis ferre factis  
vescantur: vivas feras in os ingerere & deglutiri  
velint. Ita etiam plantas, stirpes & frutices,

ut in